



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS  
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniæ Agrippinæ, 1598**

**VD16 B 8664**

De Dolore Peccatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

aut se occasione vel periculo peccandi  
temere exposuerit.

Præter hæc omnia, quicunq; habent  
officium, dignitatem, vel exercitium  
particulare, examinabunt se de defe-  
ctibus, qui in dictis statibus vel exer-  
cijs singulariter occurrere solent secū-  
dum vniuersiusque obligationem.

DE DOLORE PEC-  
catorum.

**P**Ost factum Examen, reuocando in  
memoriam peccata, quæ conscienc-  
tia tibi suggerit; Primo confusione m  
cicies ex teipso, considerando quam  
parum te emendes & proficias, post-  
quam toties redeundo ad confessio-  
nem, nunquam deest confitendi ma-  
teria, imo semper te iisdem defectibus  
obnoxium deprehendis.

Vnde causam habes magnam vere ti-  
mendi, te non tam ex dolore & effica-  
ci proposito, quam ex consuetudine  
redire ad Confessionem. Quare cum  
parui facies emendationem, periculu  
est, ne Deus tuam gratiam subtrahat,  
tibi q; dicatur. *Quia tepidus es, incipiam te euomere.* Apoc. 3.

DEINDE oculos mentis tuæ attolles  
ad Christum, considerando, quod, cū

60 DE SACRAMENTO  
sit ipsa sanctitas & puritas, magna pene-  
re illi omnia peccata displiceant, quā-  
tumuis parua. Vnde vide, quid egerit,  
& quanta passus sit, ut te liberaret ab  
illis, & tantis beneficijs ad se amandū  
& obseruandum sua diuina præcepta  
attraheret. Tum reflectendo oculos  
ad te ipsum, cōsidera quantum debeas  
benignissimo tuo creatori & redem-  
ptori, & vide quatenus officio suo sa-  
tisfeceris dolendo ex animo de tanta  
tua malitia & ingratitudine erga ta-  
lem Patrem & Dominum, qui cum te  
tantopere amauerit, tu nil aliud cogi-  
tas, quam eum offendere.

Postremo cōuertes te iterum ad Chri-  
stum, & considerando, quomodo ille  
sit noster Mediator, & pro tuis pecca-  
tis satisfecerit, ab ipso per intercessio-  
nem beatiss. matris suæ & omnium  
Sanctorum petes humiliter veniam,  
& simul eum rogabis, vt dignetur re-  
formare tuos affectus & prauas incli-  
nationes, vt in posterum nihil habeas,  
quo eum offendas. Et deniq, tempe-  
rando dolorem tuorum peccatorum,  
cum spe veniae, firmum propositum  
facies emendandi vitam tuam, & gra-  
tiam atq; auxilium ad id præstandū à  
sua diuina Maiestate postulabis,

DE